

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Dominica IX. De lachrymis à Christo D. fusis super Ierusalem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

## III. PUNCTUM.

**Q**UANTVM ergo peritus & prudens est evan-  
gelicam margaritam negotiator, tu tantum impo-  
ritus es & imprudens; nisi diligenter prospicias. Hoc  
est, nisi te totū convertas ab eo qui soles esse, in  
simili negoziatione, qua cum illo versaris. Cum  
enim hic te opposito proris geras modo ac il-  
le, cūn ille det omnia sua ut contemptum sui  
pacatur, tu vero tua omnia largiaris ne illumina-  
teras; profectio quantum illi perit & imprudenter  
facit, tu tantum imperie & imprudenter. Nam  
*Ecclesi. 33.* oppositorum antecedentium necesse planè est  
ut sine opposita consequentia. *Contra malum,*  
*b. num est, & contrarium vita.* *Duo & duo,*  
*& unum contrarium,* inquit Sapiens. Quāsi  
dice et, sicut malum ita bono opponitur, ut  
quod de malo tanquam malo dicitur, non pos-  
si dici de bono, inde contrarium sit dicendum;  
ita planè de reliquis quæ sunt inter se opposita;  
sive de oppositorum uno, bonum dicas; malum  
oporet dicere de alio. Vel nega Christum esse  
prudentem in emenda illa margarita & in ferendo  
sui contempns; vel te facere in hoc ipso tam-

imprudenter qui contemni nolis, quam ille est  
prudens. Et tamen in hac præcipue parte ponunt  
homines suam prudentiam ut avertantā se quid-  
quid probosum est! O quam verè talis pruden-  
tia, non nisi stultitia est, quandoquidem sic di-  
vinæ opponitur prudentiæ, quantum unum  
contrarium suo potest opponi contrario. *Pru-  
dentiam prudensum reprobabo.* *I. Cor. 1.*

O quanta humilitatis æstimatione inde ducen-  
da est, quod pro illa Christus non insipiens cer-  
te Negotiator sua dedit omnia! Tantum vide-  
licer pro illa virtute dedit, quantum universum  
pro salute hominum! Quid enim amplius pro  
illorum salute potuit, quam suu dare omnia? Ex  
quo intelliges tam tibi caram hanc debere esse  
virtutem, quam ipsam salutem animæ, quæ sic  
ab illa virtute penderet, ut si quod sit salutis peri-  
culum, hinc maximè timendū sit, quod vel ho-  
norem nimis ames, aut nimis probrum timeas.  
*Quanu sudoribus hereditas cassa,* aut quid simi-  
le vanum expetitur! minore labore Margaritum  
Christi emi poteras. Sic apid sanctus Hieronymus.  
Vide plura passim Verbo, Humilitas, Mundi  
contemptus.

## DOMINICA NONA.

DE LACHRYMIS A CHRISTO DOMINO  
FUSIS SUPER JERUSALEM.

*Vt appropinquavit videns Civitatem, flevit super illam, dicens, quia si co-  
gnovisses & tu. Luc. 19.*

## VERITAS PRACTICA.

*Ecclesi. 3.* Nisi cor tuum moveatur ad Christi verba la-  
chrymantis, cor illud est de quo Sapiens: cor  
durum habebit male in novissimo:

**RATIO EST.** Quia cor illud est durum quod nec  
timore frangitur, nec amore mollitur.  
Sed nisi cor tuum moveatur ad Christi verba la-  
chrymantia, nec timore frangitur, nec amore  
mollitur:  
Ergo: si uide est cor durum de quo Sapiens tremendum  
illud affirms futurum, ut male habeat in ne-  
vissima die.

## I. PUNCTUM.

**E**VANGELII hodierni præcipuum argu-  
mentum est ingressus Christi Domini in  
Civitatem Jerusalēm: de quo quidem in-  
gressu plurā in secunda parte, Dominica  
Palmarum die: & in quarta parte per integrum  
Hebdomadā. Nunc verò tantum de eius ver-  
bis & lachrymis simul junctis, ad cordis nostri  
duriciam vel movendam vel cognoscendam  
quād sit periculose pertinax.

Lege textum, intuere Christi vultum, vide  
suffusos in ore oculos, admirare profusas la-  
chrymas, audi verbi terrore simul & suavitate  
plenissima: *Quia si cognovisses & tu, & qui-  
dem in hac die tua, que ad pacem tibi: nunc au-  
tem absconditas junctab oculis tuis. Quia venient  
BB 3 dies*

dies in te. & circumdabunt te inimici tui vallo,  
& circumdabunt te. & coangustabunt te undique:  
et ad terram prosterneant te. & filios tuos qui  
in te sunt. & non relinquent in te lapidem super la-  
pidem. eo quod non cognoveris tempus visitatio-  
nis tue.

*Non jacta dies aut eversas domos,* inquit sanctus Hieronymus, sed homines, aique ipsas ho-  
minum animas in sempiternum ruinas exstinxerunt,  
nisi respiceat. Neque tantum Iudeorum perdi-  
tionem ius subiicit oculis deplorandum, sed om-  
nium universim hominum, ac particulatum  
tuam qui haec legis, meamque qui haec scribo:  
unde et illa ciuidem sancti Doctoris sententia  
in haec Ezechielis verba: *Rex lugebit, & prin-*

*Ezech. 7.*

*cips induetur mortore. POSSVMVS.* inquit, *Re-*  
*gem lugentem nostra vita atque peccata Chri-*  
*sum dicere, qui appropinquans Ierusalem fleuit*  
*super illam.*

*1. Confid. 2.*

Sic itaque spectandæ sunt eius lachrymæ &  
audienda verba, quali tibi usi funderentur, ut  
eorum consideratione magis ac magis afficia-  
ris ad descendendum illud vitium quod gravius in  
te regnat, & cui desidero nihil hactenus pro-  
fuerunt tot verba, tot monita, tot remedia quæ  
in hunc finem sunt impensa. Extremis malis qua-  
le estrum, extrema proferuntur remedia qualia  
sunt haec Christi voces, eiusdem perfusa lachry-  
mas. Nisi his sic conjunctum propositis cor tuum  
hodie moveatur, certè cavendum est, ne sit cor il-  
lud durum in quod aliquando cadant mala illa  
omnia quæ primò Christus Iudeis denunciavit.

*Iob. 23.*

Expende rationem cum metu & tremore.  
Cor illud durum est quod nec timore frangitur  
nec mollitur. Longiorem duri cordis affect san-  
ctus Bernardus descriptionem, sed eo tota re-  
citat ut tum maxime intelligatur illa durities  
quando cordi proponuntur motiva vel timoris  
aut amoris, neque ullis horum se flecti sinat.  
Cum enim illa duo sint flectendis cordibus ap-  
tissima media, profectò si horum neutro inkle-  
mentur, dura sint omnino necesse est, unde Bea-  
tus Job quando te à Deo narrat esse commo-  
tum, Deus, inquit, emollivit cor meum, & omni-  
potens conturbavit me. Id est, amore simul &  
timore concitatum me sensi. Contrà verò illi  
qui nec Deum ut Patrem dilexerunt, neque ut  
Dominum timuerunt, induraverunt prorsus corde  
dicuntur. Induraverunt cervicem suam. COR  
suum posuerunt ut adamantem. Nonne hoc est  
payendum.

*Mal. 1.**Ier. 17.**Zacch. 7.*

## II. PUNCTUM.

SED nisi cor tuum moveatur ad Christi verba  
Slachrymantu, seu ab Christi verba simul &  
chrymas, nec timore frangitur, nec amore mollitur.

Nam sicut Christi lachrymae pro nobis susse-  
nostrum amorem provocant, sic eius verba be-  
nè intellecta & nobis fideleriter applicata timo-  
rem certè incutunt vehementissimum. Quod  
autem & quomodo ea eius verba nobis applica-  
re debeamus atque inde deterteri, sic explesè  
sanctus Gregorius: *Debemus*, inquit, *ex rebus Hom. 39.*  
*exterioribus introversus aliquam similitudinem tra-*  
*here, atque ex eversis ad fissis parietum, morum*  
*ruinam timere.* Tum signilatim exponens Christi  
verba, ut unum quidem intactum relinquit  
quod non applicet illi animæ quæ paulò liberius  
vivit, duas vero verborum Christi partes quo-  
dammodo constituit, dum primò quæ spectant  
ad nostrum vita praetensis statum, deinde quæ  
ad consequentem mortem referuntur, comme-  
morat.

Hæc sunt potro Christi verba quæ dicuntur  
spectare nostrum praesentem vita statum: Et  
quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc au-  
tem abscondita sunt ab oculis tuis. Sic enim sanctus ille Doctor in hunc ea sensum interpretatur:  
Si am hic diem habet anima perversa quæ transi-  
tio gaudent in tempore, cui ea quæ adiunxit ad pa-  
cem sunt: quia dum rebus temporalibus latatur,  
dum honoribus exultatur, dum in carnis voluptate  
resolvitur, dum bulla ventura poena formidina  
terretur, pacem habet in die sua, quæ gravis dam-  
nationis sue scandalum in die habebit aliena. Ibi  
enim afflenda est, ubi justi letabuntur: & cuncta  
qua modo et ad pacem sunt, runc in amaritudinem  
rrix vertetur, quia rixari secundum incipietur dam-  
nationem quam patiuntur non expavit, cur à pro-  
spicciendo malis sequentibus oculos mentis clausit  
Vnde ei dicitur, *NVNC autem abscondita sunt ab*  
*oculo tuo.* Perversa quippe anima rebus praesenti-  
bus deitata, in terrenis voluptatibus resoluta abscondi-  
ti sibi mala sequentia, quia prævidere futura re-  
fugit quæ praesentem latitudinem perturbant: dumque  
in praesentia vite oblationibus se defert, quid aliud  
quam clausis oculis ad ignem vadit? Vnde bene  
scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum. Et inde per Paulum dicitur, qui gaudent, tan-  
que non gaudentes sunt: quia quæ est praesens tem-  
porum, ita est agere latitia, ut nunquam amaritudo  
sequentia judicij recedat à memoria, quatenus di-  
mens parva exiremæ ultionis timore transfigitur  
quæcumque nunc praesens latitia, tanquam post ira sub-  
sequens

sequens temperetur; hinc namque scriptum est, beatus homo qui semper est pauidus; qui vero mensis est dura corrept in malum. Sequentia enim i*ra* judicij tanto tunc distractior portabitur, quan*d*o nunc & inter culpas minim*e* timetur.

Hec ad verbum S. Gregorius, ex quibus quae postremdo dicit, Inter culpas minim*e* timetur, sunt imprimis notanda: nam te designant aperi*t*ius, te manifestius indicant eum esse ad quem rotus hic sermo dirigitur; licet enim per vers*a* hic nominetur anima quo te nomine forsitan exclusum putas, non est tamen alter intelligenda hec anima*p*erversitas quam cum inter culpas non satis timetur: hoc est habere suam diem. Hoc est habere pacem in die sua. Hoc est quod Christus deplorat, hoc est quod vehementer timeri debet: Unde tu qui haec consideras, quam ver*e* potes facere non satis timere inter culpas tuas, tam ver*e* debes tibi applicare quaeunque hic dicuntur illa anima quae non satis timetur, ne non satis k*on*fessetur; quae futura non prospicit ne confessetur & ne nimis timeat; quae clausis denique oculis ad interitum suum ruit.

Potestine aliquid dici vel cogitari terribilius? Poterant certe quae sequuntur Christi Domini & sancti Gregorij verba, torrorem augere non mediocriter: sed vel commodius ad sequens remittent punctum: vel h*c*sufficiat ad concipiendum timorem qui est in verbis Christi, hoc an*u* recognitare a centus quid sit clausis oculis in ignem vadere! Non ipsa inferorum gehenna si aperte videretur, ita esset tremenda, quam dum clausis adiut oculis. Nam si videretur, horrem sui & fugam commoveret, quando vero non videtur, non vitatu*s*; sicque sit ut qui nimis jucund*e* volunt vivere, nolunt videre quam vivant misericordie & periculos*e*.

Quamobrem hoc etiam atque etiam intelligit: tu ille qui non timet inter culpas, ille sit qui clausis oculis in ignem vadit: cumque tu ille sis qui non satis times inter culpas tuas, quid sequitur nisi quod tibi tam tremendum esset, quam illi qui monitus es sit de imminent*e* salutis fata*p*ersecu*lo*? Unde & aliud sequatur necesse est, quod sit tamen hic monita nihil moveant, si nullis neque Christi, neque Sancto*rum* verbis cor tuum infestatur, cor plan*e* sit quod neque timore frangitur, nec amore mollitur.

### I I I. P U N C T U M.

**E**RIT ergo etiam cor tuum cor illud durum, de quo S. piens: cor durum habebit male in novissimo. Tunc enim apparebit quam si durum quod nec amore molliatur, que Christi lachry-

m*e* concitare debuerant: nec timore frangatur, quem verba tanto plena terror e non commovereunt. Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram, Igitur scilicet ad amorem, & malleus ad timorem: Unde qui nec igne liquefatur, nec malleo conterratur: nonne ille quovis metallo vel petra durior? Duracervice & incircumcisio corde!

*Ab. 7.  
i Conf. 33.*

Hanc fuisse aliquando sui cordis duritiam & miseri*am* agnoscere & deflere sanctus Augustinus, qui cum ploraret Didonem mortuam, ut ipse recusat, sospitum a Deo mortuentem sic sis oculis ferret miserrimus: & dum fleret eius moriem quae siebat amando Aeneam, non fleret suam mortem quae siebat non amando Domum. Sic & proprius ad rem nostram sanctus Bernardus: O duritia cordis mei! Fratres, lachryma Christi mihi & pudore parunt & dolorem. Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi, super me fecerabam judicium mortis. Audivit hoc Vnigenitus eius, ex i*ps*o posito diadematate, flens & ejulans quod morte damnatus esset servulus eius. Intueor illum subito procedentem, stupeo novi: atem, causa semper cunctor & audio. Quid facturus sum? Adhucne ludam, & deludam lachrymas eius? Plan*e* si insanus sum & mentis inops non sequar eum, nec simul cum lugente ingebo? Ecco unde pendor. Dolor & timor unde? Vtique quia ex consideratione remedi*o*, periculi mei estimo quantitatem. Et post pauca. Pudet itaque dilectissimi, propriam negligenter dissimulare passionem cui tantam a maiestate tanta, exhiberi video compassionem. Compatitur Filius Dei & plorat: homo patitur & ridebit? Sic & medicina estimatio & doloris mibi & timoris exaggeratio est.

Et vero etiam hic doloris ac timoris sensus multum posset exaggerari considerando plenius, quam ver*e* sit a Sapientie dictum de corde duro, quod habebit male in novissimo: neque id plenus considerari potest quam ex sequentibus Christi Domini & sancti Gregorij verbis quae aliam faciunt partem h*u*c tempestam. Quia venient dies in te, & circumdabunt te nimici tui vallo, MALIGNI scilicet spiritus sic vallo animam mortuarii circumdari, ut evadendi adiutum invenire non possit, & operari iam bona non licet, quae cum licuit agere, contempt*e*. CIRCVMD ABVN*TI* se & coangustabunt te undique; tunc scilicet animam coangustant quando ei non solam oper*is*, verum etiam locutionis atque insuper cogitationis iniuriant replicant, ut qua prius semel dilataravit in sceler*e*, ad extreum de omnibus angu-

angustetur in retributione. ET AD TERRAM PROSTERNENT TE & filios tuos qui in te sunt. Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram consernitur, cum caro cui vitam suam eredit, redire ad pulvorem urgetur. Tunc in morte filij eius cadunt cum cogitationes illicite quemodo ex illa prodeunt, in extrema vita ultiō dissipantur sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum: Quis scilicet dura cogitationes intelligi etiam per lapidem significationem valent: nam sequitur, ET NON RELINVENT in te lapidem super lapidem. Perverse etenim mens cum perverse cogitationi adhuc perversiore adiicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destruēta civitate super lapidem lapis non relinquitur, quia cum ad ultionem suam anima ducitur, omnia ab illa cogitationum iuvarum constrictione dissipatur; que cur hac patiatur, adjungitur, EO Q'OD non cognovisti tempus visitationis tue: pravam namque animam omnipotens Deus multum modū visitare consuevit.

Et que plura prolequuntur universim de his visitationum modis. Tu vide in particulari quibus te visitavit, & quoties hoc tempus non cognovisti. Vix tale tempus nosti, adverte diligentius, Visitabo super eum vias eum: & cogitationes eius reddam ei.

ALIA hīc proposita veritas sic praecedentem illustrat, ut ipsa etiam ex illa lumen capiat,

Si te cognosses, hoc in te flendum nosse, quod deflet Christus.

RATIO EST. Quia quod potissimum deflet Christus, est indurata eorum pervicacia qui tum ipsi resistebant. Sed si te cognosses, talem in te nosse perva- ciam. Ergo & hoc ipsum in te nosse flendum quod deflet Christus, ac proinde diligentius propesceres.

AD primam propositionem magis declarandum possent distinctius, quatuor observari quae Christus Dominus sicut. Primum futura evenio civitatis Jerusalem, & miserandus temporalis status Iudeorum, quos cum singulariter Dominus diligenter, certe indolebat tantæ corum misericordiæ. Quia dabat capiti meo aquam, & oculum meum fontem lachrymarum: & florabat die ac nocte interfectus filia populi mei? Secundum magis flendum, tempiterius erat eorum intentus: Fili mi Absalom! Absalom fili mi! qui mihi tribuat ut ego moriar pro te? Absalom fili mi! Fili mi Absalom!

Offr. 4;

Ier. 9.

2. Reg. 18.

lom! Sanè tenerior erat affectus Christi erga Iudeos quam patris in filium, nec minus illos in suo perituros peccato videbat, quam David cerneret perdulem illum quem deplorabat jam petuisse. Tertium quod supra duo alia Christus deslebat acerbis, erat corundem peccatum seu indurata in peccato pervicacia, quā sibi tam contentiose resistebant, ut quibuslibet oppositis remedii adeo non sanarentur & resipiscerent, ut inde poius in profundum peccati ruerent. Infanabilitate fructu tua, pessima plaga tua, cura-  
tionum ultiō non est tibi. Longe est enim gra-  
vius coram Deo malum, quælibet culpa quam quævis poena. Nihil est autem in mundo culpe gra-  
vius quā in ea sic anima pervicaciter indurari, ut  
quanto magis curetur, tanto magis ingratuelcat.  
Peruenit ad celos iudicium eius. Actum est de illa,  
nihil restat nisi punitione infligenda. Quartum de-  
mique quod simul cum aliis deplorabat Chri-  
stus, talis erat animi pervicacia quam videbat  
futuram in hominibus qui sibi resisterent, qui  
fidem non reciperent vel abnegarent, qui pecca-  
to suo sic tenaciter adhaerent, ut neque gratias  
cederent, nec promissis allicerentur, nec minis-  
terentur. Quid est quod debui ultra facere. vi-  
ne mea & non feci? An quod expectavi ut fac-  
ret uui, & fecit labrusca? Certe hoc dicitur.  
*A. S.*

AT vero, quæ secunda est propositione: si te co-  
gnosses, talem in te nosse perva-  
ciam. Sunt enim multa ex peccatis tuis, quæ simpliciter dici non  
possunt peccata, sed perva-  
ciam in peccatis. Non  
est superbia tua, simplex superbia, sed indurata  
& perva-  
ciam: seu potius ipsa est animi tuu indura-  
ta quædam perva-  
ciam qua Christo jam toties à  
multis annis te ab illa revocanti testis &  
contradicis; Unde Scriptura de tali superbo loqui-  
tur, spiritus illius obficiatus est ad superbiam.  
*Dan. 5.*  
Nonne sic tuus ita est obficiatus? Nonne multo  
totes sensisti, quantum superbiam displiceret  
Deo, quantum esset damno, quantum esset  
in Scripturis atque ab ipso praesertim Christo  
exagitata? Quid inde prosecisti? Nonne cum  
annis crevit ambitionis? Nonne cum doctrina si quæ  
habes, augetur fastus? Nonne cum dignitate  
fovet arrogantia? Nonne denique magis in  
dies in sublime tolleris, & in ingenio tui com-  
mendatione obficiaris? Quid est esse perva-  
ciam in peccatis nisi hoc sit? Conteram duri-  
tiam superbia vestra.

Si te ergo cognosses, hoc in te flendum nosse quod  
slebas Christus, perva-  
ciam videlicet in peccato  
annuum,

*Levit. 26.*

animus, quem non modo in Iudeis vidit & elevit Dominus, sed in quibuslibet induratis peccatoribus quos non minus venit salvare quam Iudeos. Neque semel tantum cum civitatem ingredieretur, sed si audimus Apostolum, saepissime in diebus carnis sue elevit: Neque cessat modo per electos suos idem elecit, ut praecitat S. Gregorius: Hoc semel egit cum perituram civitatem esse nuntiavit: hoc quotidie Redemptor nos fuerit per electos suos agere nullatenus cessat, unde & qui planguntur, si damnationem suam que eu imminet, agnoscant, semetiposum lacrymalem suorum plangerent.

Hebr. 5.

Homil. 39. sicut per electos suos agere nullatenus cessat, unde & qui planguntur, si damnationem suam que eu imminet, agnoscant, semetiposum lacrymalem suorum plangerent.

Nec dicaste non ita desperatum esse ac deploratum, sicut Iudeos; quid enim sit futurum nescis? Et si te cognosset non minus in te videores causas & radices gravissimorum criminum quae a quovis homine sunt perpetrata; atque adeo ex consequenti cerneret ipsius imperii etiam damnationis in te causam & casum esse, nisi e singularis Dei bonis inde eriperet. Sed esto, non sit tam gravis superbia tua, quale erat illorum peccatum: putafne verò fuisse æquale in omnibus illis quos flebat Christus peccatum? Nonne alii aliis erant nocentiores? At nonne etiam minus peccantes elevit? Nonne & hi simul cum aliis involuti sunt pena temporali & æterna? Aut si putas te redire & converti posse, nonne & ipsi redire poterant quos tamen non desinebat elecere? Imo & hoc ipso magis eos flebat, quod cum possent converti, noblebant aut & scerebant, unde tu quite posse & velle aliquando dicens, tu peræquæ es deplorandum, quod differendo resistas gratia quæ iamiam te velleret a peccato tuo reverti.

Iob. 24.

2. Cor. 12.

Dedit ei Deus locum punitientia: & ipse abutitur so in superbiam. TIMEO inquit Apostolus, ne lugeam multos qui peccaverunt eis: & non gerunt punitientiam de immunditia.

Quæ plura huc referri possent ex aliis Partibus aut Feris, sic paucis habe.

Non vivitur in amore sine dolore.

In 1. parte, Feria 5. Hebdomada 3. Adventus.

Licet omni peccatori sit necessariò punitendum, vix tamen ullus est qui necessariam agat penitentiam.

Hayneusue Pars tertia

In 1. parte, 4. Dom. Adventus.

Nisi probè paratus sis ad adversa, nec ad ipsa prospera bene paratus es.

In 1. parte, Feria 6. Hebdomada 5. post Epiphany.

Quantum obest adversitas improvisa, tantum prævisa prodest.

In 2. parte, Feria 6. Hebdomada Sexagesima.

Qui cum Christo dolente non dolet, non potest cum ipso gaudente gaudere.

Frustra te Christi miseret, nisi se tu prius miserebas.

Quantò teipsum negligis quasi non es, tunc cum ceteris perituras, tanto te Christus doluit præ ceteris perituras.

Vera contritio dolorem sensibilem nec includit nec excludit.

In 2. parte, Fer. 2. 4. 5. & Sabbatho Hebdom. 3. in Quadragesima.

Qui ruina gaudet inimici, ruinam ejus in se trahit.

In 2. parte, Sabbatho Hebdom. 3. in Qadragesima.

Minima quævis inordinatio cordis immundi, major est quavis inordinatione hujus mundi.

In 2. parte, Fer 6. Hebdom. 1. post Octav. Pascha.

Revocanti hominem Deo ab errore vita sua non obsequi, pejus est quam primò vocantem ne erraret, non sequi.

In fine 2. partis, ubi defatibus, consideratio 4.

C:

Quæ

Quæ denique pro missionibus habentur in  
hac 3. pa. te. Hebdomada decima, fatis apud conveniunt  
supradicti; nec non illa quæ in 4. part. Hebdo-  
mada 26.

Ad posternam verò Evangelij partem de in-  
gressu Domini in templum, atque inde ejectionis  
venditoribus, videri debent quæ in fine pís-  
mæ partis veritates fusæ declarantur.

HAC Hebdomada, cùm primum occurrant tres illi homines qui videbantur velle sequi Christum Dominum, neque tamen leguntur cum secuti properat fatale in illam concupiscentiam, quæ à divino obsequio prope singulos avocat: opportunè de illis tribus concupiscentis Christo Domino subiiciendis Meditationes & Veritates instituantur, exemplo perit o ab aliis Creaturis quæ ad nutum illius totæ se formant, ut patet in sedata maris tempestate, in fugatis ab humano corpore Demoniis, in expulsis gravibus morbis, & in mortuis suscitatis, prout se historica Evangeliorum series officit.

## FERIA SECUNDA.

### DE TRIPLO HOMINUM GENERE QUI VIDENTUR VELLE SEQUI CHRI- STUM, NEC TAMEN EUM SEQ̄UUNTUR.

*Nemo missens manum suam ad aratram, & respiciens retro, ap̄ter  
est Regno Dei. Luc. 9.*

#### VERITAS PRACTICA.

Affectum probat Effectus.

**SENSUS EST.** Quod quando variis animi moribus seu affectibus affectus: immur circa rem aliquam patientiam, quisnam sit inter ceteros primi: ius & prior eius rei affectus, declarat effectus in de sequens.

**RATIO EST.** Quia ille est primarius & vi-  
rior rei affectus qui est magis liber &  
voluntarius.

Sed effectus probat & offendit quisnam inter cete-  
res sit magis liber & voluntarius affectus.  
Ego verum affectum probat effectus. Quod  
certe ad mentem proxim prædictum est obser-  
vare.

In loco sacro non pa vere, pavem-  
dum est.

Ad sacram locum, sicut ad Sa-  
cramentum,

#### I PUNCTUM.

**D**E primo exhibitis hominibus qui ad Christum accederunt quasi futuri eius Discipuli, sic sanctus Evangelista Matthæus: Et accedentes scriba & ait illi, Magister, sequar te quoquevis serua. Matth. 8. Et dicit ei IESVS: Vulpes foras habent, & volueret cœli nidos, filii autem hominum non habent ubi caput reclinet. Quasi dicaret, ut interpretabatur sanctus Hieronymus, Quid me propter divitias & facili lucra sequi vu, cùm nec hunc spiculum habeam. Sanctus autem Augustinus sic de eodem paulo clarus: intelligitur hic mi-  
raculatum, ob jallantium sequi voluisse quam  
significavit oratio: & Discipuli obsequium fin. De qua effectus  
wif, que scilicet vulpem nonnum significata est. n. b. Evang.  
De secundo sic pergit sanctus Matthæus: A. q. si  
luis autem de Discipulis eius, ait illi: Dominus  
permittit me primum ire & separare Parvum meum;  
IESVS autem ait illi: sequere me & dimittis  
mores.

**De Verbi** *nus parat homines Evangelio, nullam excusatio-*  
**Dom. Serm** *nam vuln interponi, carnalibus temporalis que-*  
**7.** *pietati.*

**Lue. 8.** Deterrito denique sanctus Lucas : *Et ait al-*  
*ter, sequar te Domine, sed permitt me mihi pri-*  
*mum renuntiare hie que domi sunt. Ait ad illum*  
**I E S V S.** *Nemo missens manum suam ad aran-*  
*trum, & resistentes retro, aptus est regno Dei. Ubi*  
*sanc tus Cyrilus, apposuit manum aratro, in-*  
*quit, qui habet affectum sequendi, tamen, re-*  
*sistit retro, qui dilatationem petit occasione redeun-*  
*di domum.* Et sanctus Augustinus : *Vocat se O-*  
*rations, & tu attendu occidentem.*

Cum itaque tres illi viri variis moverentur affectibus, partimque vellent sequi Christum, & partim sibi suisque prospicere: quisnam eorum primarius & verior affectus fuerit, probavit effectus seu eventus, Id est, si relictis omnibus statim ipsa secuti sunt Christum, prout ab eo movebantur, tunc probatum est ex hoc affectu, talem eorum affectum sequendi Christum, fuisse primarum & veriorem: quod si contra non sunt secuti Dominum, sed potius adhuc sunt vel parentibus vel familiae, vel bonis suis ordinandis, dici debet hunc affectum fuisse alio quo Christum sequi volebant potentiores & veriores, cum ille effectum suum haberet & non alius. Hæc est enim universalis & ad multa dignoscenda perutiles veritas, quod *Affidum probat effectus*, id est, ex effectu declaratur quisnam ex multis simul convenientibus sit verus & principalis affectus, quinam verò adulterini & fallaces quibus saepe decipimus puranes nos velle quod reveranolumus, aut id nolle quod plane volumus.

Quod ut appetitus explanetur, observandum est primo hanc vocem, *Affidum*, esse æquival-  
 cam ad omnes illos motus quo movetur animus circa rem unam vel diversas exprimen-  
 dos; sive enim sit naturalis inclinatio, seu passio  
 appetitus concitator, seu simplex voluntatis complacencia, seu denique absoluta voluntas,  
 dicuntur hi omnes animi motus eodem affec-  
 tus vel concupiscentiae nomine, licet eorum  
 ratio sit longe diversa. Deinde verò est obser-  
 vandum, quod hi simul affectus quantumcumque varij & diversi sint, saepe concurrunt circa unum & idem objectum, ut vel se juvent ad il-  
 lud prosequendum & obtundendum, vel se im-  
 pediant & destruant. Nonne id saepe accidit ut

quis virtutem aliquam ex naturali indole, vel ex affectu humano, vel rationali & divino simul prosequatur? Nonne è contra sit eniam sepius, ut quis naturali affectu aversetur virtutem aliquam: & tamen ipsam eandem alio rationali & spirituali affectu diligat & observet? Quod & de vitio quolibet sic lenitur & dicitur: cum directè oppositi circa idem excitantur affectus & amoris & odii, & persecutionis & fugae. Denique quod observes diligenter, cum hi affectus sint planè oppositi, atque inter se pugnantes, ut patet; oportet alios præc alii esse unius rei veros affectus, & alios falsos: neque enim verè & ex æquo potest animus simul virtutem aut vitium colere & odire: Aut enim unum odio **Matib. 6.**  
*babebit & a terum dilget: aut unum justinebit*  
*& alterum contemnet,* inquit Dominus.

Jam verò ut cognoscatur uter altero sit ve-  
 rior sci affectus, videndum est, uter sit magis  
 liber & voluntarius; nam hic profecto affectus  
 est verior qui est magis voluntarius; si magis  
 voluntariè contentus virtus quam virtuti, magis  
 verus est affectus virtutis quam virtutis; & affectus **1/2 q. 77.**  
 virtutis quemcum senties non erit verus affec- **a. 6. & q.**  
 tus virtutis sed falsus & adumbratus. Hinc illa **78. a. 4.**  
 sancti Thomas & similia pallium in primis secun-  
 de: *Actus in sanctum est peccatum, in quantum*  
*est voluntarium, & in nobis existens.* Et cum peccatum  
 principaliter in voluntate consistat, quan-  
 tum motus peccati magis est proprius voluntati,  
*sanci peccatum est gravissimum:* Atque idcirco A-  
 postolus, *Voluntariè, inquit, peccantibus nobis, Hebr. 10.*  
*terribilis quadam expectatio iudicij* id est, quod  
 quis magis voluntariè peccat, eo terribilis ju-  
 dicatur. Opavendam humanæ voluntati tentantiam.

## II. PUNCTUM.

**S**ED effectus probat & ostendit quisnam affectus sit magis voluntarius. Declarandum primò quid sit effectus, nimirū quando actu & rei-  
 pla sit aliquid quod dependet à nobis, & quod non fieret nisi vellermus, ut cum scientes volen-  
 tes non ex primo naturæ impetu, sed advertentes cogitamus, loquimur aut quidpiam agimus; ista cogitatio vel loquela vel actio dicitur esse effectus positivus: aut si non cogitamus, si non loquimur, si non agimus quando agendum es-  
 set, dicitur effectus negativus qui effectus tam in actu virtutis reperitur quam in acta virtutis. Una-  
 de sunt peccata commissionis & omissionis sub

**Ge 2**

**cadem**

radem peccati specie. Quia ad idem ordinantur,  
& ex eodem motivo procedunt, inquit sanctus  
Thomas, ut cum avatus rapit aliena, & non dat  
sua quae dare debet ex eodem affectu pecuniae;  
& gulofus superflua comedit, nec debita levat  
jejunia, ex eodem etiam affectu gulæ.

1. 2 q. 71.  
n. 6.

Quibus sic declaratis manifeste patet, quod  
per talera effectum seu positivum seu negativum  
probatur & manifestatur, quisnam ex multis af-  
fectibus sit magis voluntarius. Nam cum effectus  
procedat a voluntate, & voluntas ad illum pro-  
ducendum suo moveatur affl. profecto ne-  
cessarie est quod effectus sit tam certum signum  
affectus quam in certò constat effectum esse signum  
sue causæ. Mincamus in iisdem exemplis ava-  
ri & gulosi, faciamus utrumque nonnullos ha-  
bere affectus virtutis oppositus suo vicio; quan-  
do tamen actu & effectu positivo vel negativo  
peccant, nonne affectus vitiæ major est seu ma-  
gis voluntarius in illis, quam affectus virtutis?  
At unde cognoscis esse magis voluntarium nisi  
ex illo effectu vitiæ quem voluntariè ponunt, &  
quem non ponere nisi magis affecterentur ob-  
jecto vitiæ quam virtutis? O quam recte S. Iohannes:  
Qui depravat vias suas, manifestus erit: ma-  
nifestum erit quam sit ipse pravus: licet ali-  
quos habeat bonos affectus intermixtos pravis,  
quia tamen in effectu est pravus, sic in affectu se-  
indicat & manifestat magis esse pravum quam  
probum. Dum depravat vias suas, relinquit suæ  
pravitatis manifestum signum, sicut quoddam  
in via, pedis vestigium.

Prov. 10.

### III. PUNCTUM.

**A**FFECTIVM igitur probat effectus: Probat &  
declarat quinam ex multis simul concur-  
rentibus sit verus & germanus affectus; probat  
& eveni manifstat quinam in animo sit affectus  
virtutis & vitiæ; quia videlicet probat quinam  
sit actus voluntarij aut non voluntarij, ex qua  
probatione liquet quinam sit proprius & verius af-  
fectus. Sicut enim in voluntarij affectus non sunt  
proprii & veri nostri affectus, ita planè volun-  
tarij sic dicendi sunt veri ut illi fols sint veri. Sic E-  
leazarus ille nobilis inter fuos & ærate grandæ-  
rus cum duceretur ad supplicium propter leges  
paternas, varijs affectibus timoris & amoris  
movebatur: sed tamen ut indicaret se magis a-  
mare mortem pro Deo subeundam quam time-  
re, ut manifeste ficeret omnibus suum esse ma-

2. March 6

gis affectum amoris quam timoris: voluntarij,  
inquit Scriptura, praibat ad supplicium: Quasi  
diceret, hoc signum dabat sui affectus.

A que hinc de conscientia & de vera virtute  
aut virtus quidquid dubitari potest, pene totum  
solvetur; cum ad omnia quæ proponentur du-  
bia de consensu præstito, vel non præstito re-  
spondere hoc unum debeat, an aliquid effec-  
tus? An aliquid voluntarium à te productum  
est? An aliquid quod potuisse non facere, nec  
debebas? Si enim ita est, profecto consensisti.  
& effectum habes vitiæ, licet forte modo sensum  
non habcas, alicet aliquid ex opposita virtu-  
te sentias, diceturque tibi à Domino, *Perverse  
est via tua in hique contraria.* Quod si nihil vo-  
luntariè produxeris, sed te invito & repugnante  
contigerit te pati potius quam agere, non est af-  
fectus vici, non est verus eius affectus, licet pos-  
sit esse sensibilis & vehementer & concitissimus,  
quia tamen nihil producere nihil efficit, non est ve-  
rus affectus: quia verus affectus habet effectum  
aut non est verus, sicut ex fructu arbor cognoscitur;  
sicut ex opere fides & charitas: sic ex vo-  
luntario effectu, verus hominis animus, aut  
omnis verus affectus.

Dicatur licet Apostolus, *Non quod volo bonum,*  
*hoc ago, sed quod odi malum, illud facio.* Illa enim Rom. 7.  
ago & facio quæ usurpat non sunt effectus vo-  
luntarii, sed primi motus concupiscentia, quæ  
videtur quidem facere malum quod animus o-  
dit, sed tamen revera non faciunt, quia non est  
proprie malum nisi sit voluntas quæ illud ope-  
retur; non est autem voluntas nisi sit libertas, &  
nisi sit aliquid à tali profectum libertate. Quod  
certe non erat in Apostolo qui clamans, *Quis me  
liberabit de corpore mortis huius?* Respondit ipse  
sibi, *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum no-  
strum.* Unde & aptissime ad rem nostram con-  
cludit, *Igitur ego ipse mente seruo legi Dei, carne  
autem legi peccati.* Quasi diceret; ego, parte illa  
superiore quæ maxime consto, id est, intellectu  
& voluntate, seruo legi Dei per eius gratiam:  
ex alia autem parte quæ est inferior quæ est  
sensualis quæ caro dicitur, quæ nobis consumu-  
mis est cum belluis, seruo legi peccati, non vo-  
luntariè, non libere, sed sensibiliere, sed pri-  
mis concupiscentia motibus quos reprimi &  
subiici ratione gratiae. *Quomodo carne, legi  
peccati, sit S. Augustinus: Nunquid concupiscentia  
consentiendo carnal?* Absit; sed motus desideriorum  
illius habendo, quis habere notabat, & tamen habe-  
mis

bat sed eū non consentiendo, mente seruiebat legi Dei: & tenebat membra ne fieret arma peccati. Sic in affectionum carnalium & spiritualium pugna quā sentiebat Apostolus, indicabat ex vero mortificationis effectu, quam verē lui essent spirituales affectus & non carnales: unde tu contrā ex immortificatione tua quid aliud indicas quam spirituales affectus si quos sentis, non tam esse tuos quam alios quibus consentis?

Vide ne tibi palpes in quibusdam piis de virtute sensibus: tantus est veræ virtutis sensus & affectus, quantus re ipsa est eius effectus. Cui veritati concordant hæc sequentes:

Quam in se attrahit Gratiam qui se Deo libens offert, eandem sibi detrahit qui quod offert non reddit.

## FERIA TERTIA. DE SEDATA MARIS TEMPESTATE, IMPERIO CHRISTI.

*Imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.* Matth. 8.

*Exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutescere.*

*Et cessavit ventus.* Marci 4.

*Incepavit ventum, & tempestatem aquæ.*

*& cessavit.* Luc. 5.

### VERITAS FRACTICA.

Vox illa, vox Christi est, dum commoveris: *Tace, obmutescere.* Nec tamen taces aut obmutescis!

**RATIO** sic ostendit illam esse vocem Christi, dum commoveru, ut similes iam dec. ares quia non taces aut obmutescu, sicut venti & mare tacuerunt ad imperium Christi, valde tibi propria sit erubescendum & timendum. Erubescit Sidon, ait Iacob. Sic autem procedit Ratio. Tunc valde nobis est erubescendum & timendum coram Deo quando infame aliquod probrum merito nobis obiectur.

Sed tale probrum merito tibi obiectetur, quia commotio non taces aut obmutescu ad illam Christi vocem: *Tace, obmutescere;* sicut venti & mare tacuerunt.

Ego tibi propriea valde est erubescendum & si-

*In 1. parte, Feria 3. Hebdomada prima in Adventu.*

*Quod gravius in te est malum, hoc minus vis sanari.*

*In 1. parte, Fer. 5. Hebdom. 6. post Epiph.*

*Vult & non vult piger.*

*In 3. parte, Dominica 7. post Pentec.*

*Quod videris tibi, velle: velles quidem, sed verè non vis.*

*In 3. parte, Fer. 2. Hebdom. 12.*

mendum; aut potius ne sic erubescas & confundarū, cede imperanti Christo, tace commotus & obmutescere.

### I. PUNCTUM.

**D**E hac sedata maris tempestate jam supra dictum est in 1. parte; atque infra de Dom. 4. alia simili, dicendum erit; quamobrem post Epiph. hic breviter, & quantum satis fuerit ad propositam veritatem attingendam & declarandam, propone tibi rem gestam. Vide ut ascendente Domino in naviculam & sequentibus cum discipulis, statim oboritur tatus maris & flus ut navicula operiretur fluctibus. Ipse vero Dominus dum dormiebat. At discipuli terrefacti eum aduent & inclamat: *Domine salva nos perimus.* Et dicit illis IESVS, quid timidis esis, modica fide! Et exurgens comminatur vento. & dicit mari, tace, obmutescere.

C. 3

mutescere; cessantque illico, & fit magna tranquillitas. Quod admirati viri qui aderant, Qualis est hic, inquitabant, quia ventus & mare obedirentur eis?

Certe id mirum quod sic ejus imperium insensibilis senserint creaturæ! Sed magis mihi quod tibi sic Christus imperet dum ira commoveris aut aliquo famili concupiscentia motu agitatis, nec tamen cesses, nec taceas, nec quiescas. Aut negandum ejus imperium; aut acquiescendum, aut profectio erubescendum. An negare velles tibi à Christo imperari silentium & quietem dum inordinatae commoveris, & per turbare loqueris? Quorum illæ Christi voces ut alia taceam: Ego autem dico vobis, quis omnis qui irascitur fratri suo, reuultus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo, raca, reuultus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reuultus erit gehenna ignis. Nonne tibi hæc à Christo dicta putas? Nonne idcirco dicta credis ne commoveraris aut ne commotus excandesces, ne tibi vel verbum excedat, sed omnino taceas & obmutescas? Itane vero illi obediis sicut venti & mare obdixerunt? Planè non ita, nec sine fictione diffiteri potes, nec sine confusione & rubore id fateri. Arque hoc saltem disce, quām si tibi propterea erubescendum.

Ratio est evidens & ipso sensu fatis comprobata. Quando enim infans & probrosum aliquid in faciem objicitur quod diluere & excusare non possumus, tunc aut stolidos esse oportet & infanos, aut omnem exusie pudorem, aut profectio erubescendum. Qui quidem rubor, tametsi motus est naturalis, quo, ut ait Terrullianus, omne vivium natura sufficit, tamen cum divina gratia mulū valet ad relapsientiam! Erubescere & conturbentur vehementer, convertantur & erubescere, at valde velociter. Qui vero nesciunt erubescere, habentur velut desperati, & ad extremum malitia devenisse. Frons mulierum merestriccas falla est tibi, noluisi erubescers, CONFVNDIMI-  
Nt & erubescere super vias vestris, ait Dominus Deus. Sive in mari, sive in terra viam instituatis, videte ut omnia & movetur & quiescunt ad verbum meum: vos vero nec moveamini nec quiescatis. Confusio Ephraim capiet. & confundetur Israël in voluntates sua. Id est, nisi ipse se confundat confundetur: sed damno suo, nam illa ipsa volūtate qua mihi reluctatur, confundetur, cum per eam, confusio hominum se exponet; Et operiosus sicut diplodus, confusio sua, sicut veste induit, ridicula despicietur. Sic planè iracundi & rixantes deridentur. Ira & furor, utraq. execrabilis sunt. Vide quæ de his plura in aliis partibus, & in hac etiam parte, Dominicæ.

Nam cūm sint creature minus quam tu capaces præcepti, cūm sint omni cognitione destituta, omni affectu privata; cūm Christum imperatorem neque noscere neque audire possent, cum nullis moveri minis aut præmissi; & tamen ita dicto fuerunt obedientes, ut ad ipsam Domini vocem se prorsus continuarent, tu contraria quidquid dicat, quidquid minetur, quidquid promittat, quidquid pro suo iure imperet, ut ratione predictus, tu fide instruatus, tu salvandus aut demandandus nisi obsequaris; tu contraria ire, tu contraria niti & obliqueti! Certe hoc probrosum, hoc infame, hoc est esse magis auctuorum & infamum quam ipsum mare! hoc est esse minus docibilem quam ipsos ventos! hoc est esse minus rationalem & sensibilem quam ipsas creaturas irrationalibus & insensibilis. Hoc est quod Scriptura dicit de iracundis contra divinum imperium se obfirmandibus: Maledictus furor eorum quia pertinax. & indignatio eorum quia dura. Et iursum. In gente incredibili exarabit ira. Parvane tibi aut levia videatur ista probria?

Gen. 49.  
Ecclesi. 16.

### III. PUNCTUM.

ERGO tibi propterea valde erubescendum quod à Christo iussus in transilore, non sitas, cūm venti & mare fileant, eo jubete. CONFVNDIMI-  
Nt & erubescere super vias vestris, ait Dominus Deus. Sive in mari, sive in terra viam instituatis, videte ut omnia & movetur & quiescunt ad verbum meum: vos vero nec moveamini nec quiescatis. Confusio Ephraim capiet. & confundetur Israël in voluntates sua. Id est, nisi ipse se confundat confundetur: sed damno suo, nam illa ipsa volūtate qua mihi reluctatur, confundetur, cum per eam, confusio hominum se exponet; Et operiosus sicut diplodus, confusio sua, sicut veste induit, ridicula despicietur. Sic planè iracundi & rixantes deridentur. Ira & furor, utraq. execrabilis sunt. Vide quæ de his plura in aliis partibus, & in hac etiam parte, Dominicæ.

Expende modo quantis nominibus magis obdire Deo tenearis quæ creature; inquire quid obstat quo minus obsequari; libertatem aut fragilitatem ne accuses aut excuses; si enim liberum est tibi non obsequi, liberū est etiam cum divina gratia obdire, tua una est n' a' itia, imprudentia & audacia quam ut coerecas, audi Sapientē: accipiet armaturā zelus illius, & armabit creaturā ad ultionem inimicorū. Pugnabit cum illo orbus terrarum contra insensatos. Audi & Prophetam seu iplugine.

Matth. 5.

Pf. 6.

Zer. 3.  
ib. 6.

### II. PUNCTUM.

SED si iussus à Christo non taces & obmutescis, sicut tacuerunt mare & venti: gravis tibi probrum & infame merito nomen objicitur.

*¶* plummet Dominum: Audi popule stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis; & aures & non auditis. Me ergo non timebitis, ait Dominus & à facie mea non dolebitis: Qui posui arenam terminum mari, praecepsum sempernū quod non praeteribit; & commovebunur & non poserunt; & intumescens fluctus ius, & non transibent illud: populo autem huic factum est cor incrassulum & exasperans, recesserunt & abiuerunt. Et non dixerunt in corde suo, metuamus Deum nostrum Autem apostolus: omnia amaritudo, & ira, &

indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis. Adverte ut post clamorem jungit blasphemiam, quia ex clamore facilis est aditus ad blasphemiam, non eam tantū quā jurando blasphematur, sed qua clamando multa contra Deum & proximum infanda pronuntiantur; quod & alibi repetit: Nunc autem deponit & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, surpessimorum de ore vestro. Hæc est ita progenies: haec suat genimina ripatum, suo statim in capite conterenda. *Col. 3.*

Ephe. 4.

## FERIA QVARTA.

### DE LEGIONE DÆMONVM IMPERIO CHRISTI ELECTA, EX POSSES- SIS CORPÓRIBUS.

*Legio mihi nomen est, quia multi sumus.* Marci 5.

#### VERITAS PRACTICA.

Obedientia Dæmonum, nostra est con-  
demnatio inobedientiæ.

*RATIO EST.* Quia per quos patet si aut eviden-  
tius innotescit aliquis homini crimen, hic per  
illos dicitur condemnari.  
Sed per obedientiam Dæmonum evidenter inno-  
tes: it crimen inobedientiæ nostra.  
Ergo illorum obedientia nostra est condemnatio in  
obedientiæ: & motivum ad eam corrugandam.

#### I. PUNCTUM.

*E*t ecce enim ei de navis statim occurrit de mo-  
numentis homo in spiritu immundo qui do-  
micilium habebat in monumento, & nichil  
catenuit nisi quisquam poserat eum ligare,  
quoniam sepe compeditus & catenui vinculus diru-  
pisset catenas, & comedes communissit, & nemo  
poterat eum dominare. & semper die ac nocte in mo-  
numento & in mortuis erat, clamans & concen-  
dens lapidibus. Videntem autem IESVM, a longè eu-  
currit & adoravit eum. & clamans: voce magna,  
dixit: Quid mihi & tibi IESY? Fili Dei alifissi;  
& iuro te per Deum, ne me torques. Dicebat enim  
ille juxi spiritus immundo ab homine. Et interrogabat  
eum: quod tibi nomen est? Et dicit ei, Legio mi-  
hi nomen est, quia multi sumus.

Hæc & plura S. Marcus de hoc homine; duos  
qui habentes Dæmonia & simul sanatos à Do-

minore fecerit S. Matthæus, sed ille de quo singula-  
ris est sermo, erat singulariter & præcipue dive-  
xatus, atque in eo potissimum elucebat quid in  
animas efficeret ille animarum hostis qui sic in  
corpus deserta viebat.

Et verò admirare attentius tantæ multitudini-  
nis Dæmonum, quantia est legio, demissam & ex-  
actam obedientiam. Statim enim atque iussi fuit  
exire à corporibus, illico exire omnes; neque et-  
iam in porcos qui illic aderant intrate auli sunt,  
nisi Domino permittente; ac denique impetu  
quodam facto velut in signum promptissime  
sunt obedientiæ præcipites inde in mare lese  
procipuerunt.

Non sic superbe! Non sic impudice obedi-  
dit Christo! quoties enim & à quo tempore tibi ju-  
bet, Ne post concupis entia tuas eas, & in voluntate  
tua averteras? Quid tu præterea? Quoties, inquit  
volui, & nolui? Certe haec dæmonum obedientia,  
nostra est condemnatio inobedientiæ. *CONSIDER-*

*Ecclesi. 18.*  
*Matth. 23.*

*Ier. 2.1*

*A*vehementer, ut ait Propheta. Primò quidam  
quid sit aliquem ab alio condemnari satis decla-  
ratui & intelligitur, quando sit talis comparatio  
unius cum aliis ut ex facta comparatione, crimē  
unius aut culpa magis patet & evidentius ag-  
noscatur. Sic Sapientis, Condemnat justus mortuus  
vivos impios. & iherennus celeriter consummata,  
longam vitam in iusti. Sic Dominus: Vbi, inquit,  
Ministra surgent in iudicio cum generatione ista,  
& condemnabunt eam, quia prætentiam egerunt  
in predicatione Iose; & ecce plusquam lona hic.  
Regina austri surget in iudicio cum generatione  
*Sap. 4.*  
*Matth. 12.*  
*ibid.*

*ista & condemnabit eam, quia venit à finibus terra et aud. respiciens Salomonum. Et ecce plusquam Salomon hic. Ac rufus ibidem filii vestri judices vestri erunt. Alioquin multi subditi & inferiores sic futuri sunt Superiorum Judices?*

## II. PUNCTUM.

**S**ED per obedientiam Demonum, evidenter innotescit crimen inobedientia nostra.

Quo enim minus in illo suo statu quā nos in nostro possunt obediēre, certe ed nostra inobedientia apparet gravior. Tria sunt autem quae id indicant, primo sunt hostes Christi infestissimi, & Christus illis adversarius odiosissimus, at certe durius est hostem tuo velle obediēre aduersario quām amicum amico vel Domino gratioſo. Quid nobis & tibi ESV Nazarene, venisti perdere nisi? Deinde sunt obscuratissimi in sua pravitate, & tamen cedunt imperanti Christo; id profectō aguit in homine non ita depravato majorē quādam pervicaciam. Sicut frigidam fecit cisterna aquā quam tuam, sic frigidam fecit malitia suam. Non est aqua frigida ex cisterna sicut ex fonte, qui est nativus aqua locutus; sic neque malitia in homine sicut in Dæmonē.

Denique Dæmon nihil ex illa sua obedientia reportat meriti, nihilque premij; homines vero propositam habent æternam Beatitudinem coelestesq; illas, sedes unde expulsi sunt Dæmones; *Nigra locus in ventus est corū amplius in cælo. Quis inde non videat quale utriusque status discrimen ad obedientiam; & quām proinde evidenter innotescat nostra inobedientia per illorum obedientiam? Adde auxilia, gratias, cellstrationes, motus & infinita proprietatum adjumenta quibus ad obedientium excitantur; & quibus omnino destituti sunt Dæmones. Unde præclare S. Anselmus dixit sedecim: *Diabolus persistit in malitia Deo reprobante, ego vero Deo revocante; ille obaturatur ad pertinaciam, ego ad blandientiam; et si uterque contra Deum, ille contra non requirentem se, ego contra morentem proxime. Ecce cuius imaginem horrebam, afficio in me horribilorem.**

## III. PUNCTUM.

**Q**VAM ergo reddunt obedientiam Christo Dæmones, illa est nostra condemnatio inobedientiae, cum tantum gravior appareat nostra inobedientia ex comparatione Demonum obedientiarum, quanto plura nos movere deberent ad obedientiam.

dum quām illos. *In initio nostris sunt iudices: aut certe gravissimi accusatores, & testes acerrimi. Sic in Apocalypsi, Dæmon dicitur Accusator fratrium nostrorum, arcuans illos ante conspectū Dei nostri die ac nocte. Sic S. Augustinus fuisse inducit illum accusantem & provocantem Judicem ad condemnationē nostram & quid inquiet. Ad Catechismum, Tertium, Titulus; meus est, mōcum damnandus est; Post renuntiationem ut quid invasit paternos meos? Quid apud sum impudicatus si sebar curte renuntiaverat? Quid in temperantia? Quid avaricia? Quid ira? Quid cetera mea? Postremq; equissimè fugientem à me, confugientem ad te possea cum meo quibus renuntiaverat, apprehendi, invasorem detinui; in ipsa quodammodo mea possessione & me apprehendens; Quid in theatro faciebat renuntiatur turpum voluptatum? Meus esse voluit, & mea concupivit. Iudica equissimè quoniam quem tu non designas est tanto pretio liberare, ipse mihi se postmodum volunt biigare. Poteritne os aperire is qui talis inventur ut judee Diabolo addicatur? Videlicet quid agatur? Et quæ plura pergit.*

Unde tandem illud concludendum ad seriam emendationem: *Omnia quæcunque utru est Dominus faciuntur, & erimus obedientes. Vide ut omnia, cum sit idem Dominus qui omnia jubeat, sive nisi omnibus iussis obedias, nec forte uni obediens. Non erit obedientia christiana sed politica; nam cum christiana obediat Christo Dominio quia Dominus est, & quæcobe in uno est Dominus atque in alio, quis & quæc in uno est Dominus atque in alio. Aut si quis non & quæc in uno obedit ac alio, non obedit ei quia est Dominus, sed quia sic sibi placet aut certe quia non displicet. Quia verba mea non audirunt, & legem meam prius fecerunt. Iter. 6. Ut quid misericordia tua afflita, & calamum suum ostendit de terra longinquæ Holocaustata vestra non sunt accepta, & ultimæ vestra non placuerunt mihi. Quasi dicaret, quia ex omnibus verbis meis, & ex omni lege mea, vos ea tantum facitis quæ vobis placent & non alia, neque illa quæ facitis sibi placent. Hoc certe est sapientum expendum.*

*Vide in 1. parte, Die 4. Jan. & in Die Purificationis B. Virginis. In 2. parte, Feria 4. Hebdom. 4. post Octav. Paschæ.*

TERIA

# FERIA QVINTA.

## DE SANATA MULIERE HÆ- MORRHIOSSA.

*Et mulier que erat in profluvio sanguinis, annis duodecim, & fuerat multa perpessa a pluribus Medicis, & erogaverat omnia sua, nec quidquam profecerat, sed magis deteriorius habebat.* Marci 5.

## VERITAS PRACTICA.

*Iniquè multa agunt, qui tam multa agunt sanando corpori: tam pauca, servanda animæ.*

**RATIO EST.** Quia iniquè multum agunt, qui ius aequum seu aequitatem juris, in debitis persolvendis obseruantur, mulieris pervertuntur. Sed qui tam multa agunt sanando corpori, tam pauca servanda animæ, ius aequum seu aequitatem juris in debitis persolvendo observantur enulsum pervertuntur. Ergo iniquè multum agunt: Et corrigenda talis iniquitas.

## I. PUNCTUM.

*Math. 8.  
Marc. 5.  
Luc. 8.*

**H**ISTORIA hujus sanata mulieris suffissimè describitur à tribus Evangelistis plurimamque præbet meditandi materiam ex variis quibus insignitur circūstantius. Tu si vacat, revolve aliquas tum, quia eō nos dicit finis & scopus Hebdomadæ, in his diutius hære, quæ referuntur de cura & sollicitudine quam habuit mulier pro recuperanda valetudine. Vide ut complures consulit medicos, nullis parcit impensis, nullis laboribus, imo sua omnia erogat, & adeo non convalecit propterea quin deteriorius in dies habeat. Contemplate ut auditis miraculis quæ de Christo Domino evulgabantur, inquirit apud se tacita modum quo illum adeat; cu n' enim lege prohibetur propter letalem morbum se immiscere turbæ, quid faciat? Audebitne se prodere? Nonne inde probrose expelletur, & tanquam legis rea punietur? Sic ergo apud se statuit non palam apparet, nec aperta voce sanitatem postulare, sicut alij infirmi preceabantur; sed clancularium & occultum quendam accessum meditatur qui à nullo deprehendi posset. Haynus sic Pars tertia.

Si; Accessit, inquit Evagelista, retrò, & tetigit simbriam vestimentum ejus: dicebat enim intra se, ite tenebam tamen simbriam vestimentum ejus, salva ero. Et revera sic accidit, nam cōfessum siccatus est fons sanguinu ejus, & sensit corpore quia sanata esset à plaga. O quam mirus est artifex amor nostrus! quā ingeniosa est cura sanandi corporis! Et quidem non est proprietas neusanda hæc mulier quā ipse Dominus nō ā fecit omnibus & laudavit, neque alioquin arguenda est moderata cura valetus diuis & bene ordinatus corporis amor; sed cū tam multa siant & tolerentur ab hominibus pro sanando corpore, tam pauca verò pro anima quæ longè gravioribus jaceret in morbis & negligitur; merito id iniquum censeri debet & pluribus deplorari, ut remedium aliquid afferatur. Sic ergo est, iniquè multum agunt, qui tam multa agunt sanando corpori: tam pauca servanda animæ.

Ratio tam æqua est & evidens, quām ipsa æquitas quæ servari debet in debitis persolvendis. Sicut enim ius quoddam aequum est quo & debita teneris persolvere, & cui plura debreas, plura restitus, quācum possis; ita planè iniquum est si debita non solvantur, cum solvi possint: & tanq; magis appetit iniquitas, quamq; magis pervertitur illius juris æquitas. Tantò magis autem pervertitur, quanto magis possis omnibus omnia reddere; & tamen malis minis egenti & cui minus debes, sua omnia & cumulata reddere, quam magis egenti & cui plura iure æquiori debes sua restituere, defraudesque Creditorem bona suorum partem.

Aperte ac Prostropolipsia seu acceptio personarum, quæ divino & humano iure prohibetur, Nulla erit distantia personarum; ait Dominus. Si *Dent. I.* personas accipiter, inquit S. Jacobus peccatum operamini, redarguti à lege Denique nihil commendatius quām ne quid iniquè fiat, *Iac. 2.* Nolite iniquum aliquid facere in iudicio, in regula, in pondere, in *Lev. 19.* mensura. Statuta justa, & aqua finis pondera.

Dd

Rcm

Lug. 12.

Rem metire ex teipso, nonne velles jus tuum tibi servati? Nonne velles tantū tibi reddi quantum debetur? Nonne de iniuritate debitoris expostulares, si cū posset persolvere, non solvere? Nonne judicaretur posse, si quod tibi debet & negat, redderet alteri cui non debet? Quid à vobis ipsis non iudicatu quod iustum sit? dicebat Dominus.

pendit? Est sapiens, anima sua sapient, inquit Ecclæsiasticus, q.d. hæc est nota veri & justi sapientis, si quod sapit, conferat animæ suæ; nam quidquid aliud sapit, non rectè sapit. Unde & idem appositi: Fili in mansuetudine serva animam suam, & da illi honorem secundum meritum suum, Peccantem in animam suam quoniam justificabit? Et quia honorificabit exhortantem animam suam?

## II. PUNCTUM.

Matth. 16.

1. Tim. 6.

Matth. 6.

2. Pet. 1. 9.

Deut. 4.

Matth. 6.

**S**ED qui tam multa agunt sanando corpori, & spauca servanda anima, jus illud aquum seu aquitatem juris in persolvendis debitis multum perverunt, & cui minus debent, plura reddunt: qui plura debent minus restitunt. Sunt enim corpus & anima duo veluti Creditores quibus quod suū est, omni ex jure debemus. Corpori autem longè minus debemus quam animæ, nam si de animæ salute ageretur, si de periculo, si de damno aliquo, si vel uno veniali peccato lædenda esset anima, corpus ipsum prius esset exponendum flammis quam lædendæ animæ consensus dandus. Quam enim dabit homo commutationem pro anima sua? Et verò etiam minus est regens corpus quam anima. Nam primò paucis contentum est corpus: Habentis alimenta, & quibus tegamur, huic contenti sumus: At verò anima tam multa sunt necessaria quam multa sunt debellanda desideria, qua militant adversarii illam.

Deinde, Superiores ac divina ipsa providentia in se quodammodo suscepunt curam corporis & que necessaria ad vitam sustentandam, veraque Christus ne de illa solliciti sumus: è contraria sunt animæ, curam omnem subinforam oportet, nulla utili desiat. Custodite sollicitè animæ vestras.

Denique quando aliquid, quando vel ipsa vita decesset corpori, dum sua non debet anima, quid tandem inde gravius, cùm sit tandem moriturū corpus, atque ex statu animæ resurrecturum, sive in vita sive in mortem sempernam? Animæ autem status tanti nostra refert, quanta quanta est ipsa celestis & eterna Beatus! Nonne itaque anima plus est quam esse? Ac proinde si plus de esca & de corpore solliciti sumus quam de anima, nonne pervertimus omnem juris æquitatem? Nonne plus redditur cui minus debetur? Nonne minus ei redditur cui plus & jure potior debetur? Esto reddas quod debes corpori, esto id illi debitas quod ei solvis, at cur animæ non idem

## III. PUNCTUM.

**I**N QUIETE igitur multum agunt, qui tam multa sanando corpori agunt, tam paucā servanda anima; Quia quantum agunt contra æquitatem juris in persolvendis debitis observandi, tam iniuste agunt: multum autem agunt contra illam juris æquitatem quæ sic præscribit suum unicuique reddendum ut cui plura debes, plurare debdas. Illi autem jure hoc violato, cui minus debet plura reddant, & minus reddant cui plus debent. Usquequo judicari iniquitatem, & facies peccatorum sumiti? Nempe sicut in acceptione personarum jus fasque pervertitur, quod peccatores præferantur innocentibus, quia illi extrema facie plus ferunt oculos, & movent animos: ita dum corpus præferrunt animæ, secundum faciem judicatur, & secundum eam faciem quæ peccatorum est, quatenus hinc omne peccatum oitur, quod corpus plusquam anima, & terrena plusquam spiritualia foveantur. Hoc est videlicet iniquum de quo Sapiens: Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Id est, cave hanc iniquitatē qua corporis præ anima colitur, & cævabis omnia mala.

Hac est etiam justitia de qua idem Sapiens, Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem, certa pro justitia: Q.d. etiam si pereat corpus, servanda est anima quæ debetur justitia, & licet in ea servanda sit labor & certamen, non est detrectandum tale certamen pro tali causa. Deniq;d. debitoris summe non carni, ut secundum carnem vivamus. Obsecro itaq;d vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeat corpus vestrum a hostiam viventem sanctam, Deoplatentem, rationabile obsequium vestrum. PRIMAS apud nos caras quæ prima habentur, obtinatis, inquit S. Eucherius, summasq;d sibi soli iudicinu partes, quæ summa est vindicta, hac nos oculos in praesidium sui, jam non planè prima, sed sola omnia vincat, eo studio quo præcedit omnia.

Vide in 4. part. Dom. 18. & 23. Videri etiā postmodum suis 23. tertia partis de ordine virorum, ubi expressè agitur de justitia, si qua est ad seipsum.

FERIA SEXTA.  
DE FILIA PRINCIPIS IAIRI  
RESSUSCITATA.

Puella surge; & reversus est spiritus eius, & surrexit  
continuò. *Lucæ 8.*

VERITAS PRACTICA.

Quam Christo debet anima subjectionem,  
debet ita in corpore reddere, ac  
extra corpus.

RATIO EST. Quia quod aquæ debet omnia Christo, debet hoc aquæ Christo reddere, quo cunque in statu sit.  
Sed aquæ debet Christo subjectionem, dum hic vivit in corpore ac dico est extra corpus.  
Ergo hanc ita debet in corpore, ac extra corpus, subjectionem Christo reddere. Quod certè est valde varum.

I. PUNCTUM.

*Math. 9.* **A**NTÉQUAM sanaret Dominus mulierem illam de qua in præcedenti meditatione actum est, venerat quidam princeps Synagogæ, Jairus nomine, ipsum rogatus pro filia duodecimi quæ in extremis erat; cumq; annuisser Dominus atque in ipso itinere hæmorrhoiam curaslet; ecce è domesticis Jairi quidam accutus dicit ei, *Quia mortua est filia tua nolis vexare illam.* IESVS autem audito hoc verbo, respondit patri puella, *noli timere, crederantum & salva erit.* Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & Patrem & Matrem puella. Flebat autem omnis & plangebat illam; at ille dixit, nolite flere, non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum scientes quod mortua esset. Ipse autem tenens manum ejus, clamavit dicens: *Puella surge.* Et reversus est spiritus eius & surrexit continuò.

Hæc S. Lucas, quæ singula possent fructuosè considerari, sed postrema præcipue verba, quæ promptissimam animæ in suum corpus revocat obedientiam exhibent. Hoc enim mirum & consideratione dignissimum quod cum animæ separata à corporibus quo cunque in loco & statu à Christo Judge omnium, constituuntur, sic obsequentes sunt, ut non nisi ejus natu moveantur;

& tamen illæ ipsæ animæ dum conjunctæ sunt suis corporibus, ita ipsi Christo repugnantes sunt ut vix illi obsequantur. Quot enim sunt vi-tia aut peccata cuiuslibet hominis; tot sunt repugnantis Christo animæ motus. Quod cum sit valde inordinatum, contrà statuitur hac utilissima & maximè practica veritate. *Quod quam Christo debet anima subjectionem, debet ita in corpore reddere ac extra corpus.*

Ratio est tam facilis & evidens ut vix aliis notioribus terminis declarari possit. Quid enim notius & manifestius quam si plura diversi generis cuiusdam ex æquo debeas, sic etiam ex æquo tecum caris omnia reddere quantum in tua situm erit potestate? Cur enim unum reddas & non aliud, cum istud aliud perinde debeas ac illud unum? Si tota ratio est cur illud reddas quia debes; cur non aliud similiter reddas, cum haec eadem inservio quia debes? Reddis omnibus debita, inquit Apostolus, *Cui tributum, tributum; cui vobis gal, ve-* Rom. 13*; digal; cui timorem, timorem; cui honorem, hon-* rem. Nec dicas tam multa Christo debere ut his omnibus exolvendis par nunquam futurus sis; nam quæ potes saltem debes exolvere, & nihil à te exigitur, quod non possis cum gratia. *Vnicuique l. Cor. 3,* sicut Dominus dedit.

II. PUNCTUM.

**S**ED aquæ anima debet Christo subjectionem & obedientiam dum hic vivit in corpore, ac dum est extra corpus.

Cur enim debet extra corpus nisi quia Dominus est, nisi quia Redemptor est, nisi quia Iudex est, aut quidquid tandem dicas quo anima exuta corpore obligetur se Christo subjecere; nonne hoc totum dici potest & deber quando est induita suum mortale corpus? Nonne tunc aquæ Christus est ejus Dominus, ejus Redemptor, ejusque Iudex? Nonne idcirco expresse dictum ab Apostolo, *Quod nemo nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur; si ve enim vivimus, Domino vivimus; si ve morimur, Domino morimur.* Unde & conclu-dit

Dd 2

**Apor. 5.** *Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. Quasi aperte dicet, sicut perinde Domini sumus sive vivimus, sive morimur; sic perinde debemus illi tanquam Domino nostram subjectionem & obedientiam, dum vivimus, atque dum mortui sumus. Quid & confirmat sic consequenter pergens: In hoc enim Christus mortuus est. & resurrexit, ut & mortuorum & vivorum dominetur. Id est, hoc ex quo promeruit Christus ut omnium pariter dominetur sive illi sint viventes, sive mortui: nec minus illi debent qui vivunt quam qui mortui sunt. Sic & S. Joannes, Omnes inquit, creaturam quam in celo est, & super terram, & sub terra, & quae sunt in mari, & quae in eo omnes audiri dicentes: Sedente in throno, & Agno, benedictio & honor & gloria, & potestas in secula seculorum. Nempe agnoscunt omnes tam viventes quam mortui se debere honorem & obsequium Deo ac Domino suo Christo. Auderesine tu id negare debitum?*

## III. PUNCTUM.

**Pf. 63.** *Q*UAM igitur Christo debet anima subiectio nem, debet illa in corpore reddere, atque extra corpus? Nam debet aquae reddere quod aquae debet: aquae autem hanc subiectio debet dum est in corpore, cur non illam igitur aquae reddat? Nonne Deus subiecta erit anima mea, nam & ipse Deus, salutaris meus, suscepit meus. **Ezodus 10.** *Vnde & Vnde non vis subiecti mihi? An quia dum est in corpore anima, libertatem habet resistendi Christo, quam*

non habet dum est extra corpus? Itane vero libera est anima ut libertate abutatur? Nunquamne se Christo nisi coacta, aut ex necessitate subiecta? Nunquamne libere, nunquamne volens lubensque Christo se suo rotam tradet? Quando autem vero sic libere lubenterque se dabit nisi dum vivit in corpore, nisi dum sua portat libertate? Tantum ergo absit ut quia modo libera est anima, modo non se debet subiectare, quin potius quia modo libera est, modo id debet, ut, quod est in subiectione prius: os, nempe libertas, non subiatur, si: que subiectio libera, voluntaria, laeta & accepta, Non extirbita aut ex necessitate: hilare enim datorem diligit Deus.

Alioquin certe expandum illud Christi decretum: Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adiuvare me, & iniuriantem ante me. De solis viventibus loquitur, nam nullus mortuorum illi repugnat. Sic autem propterea de viventibus loquitur quia noluerunt, quia libertate abuli sunt, quia cum possent obedire vel resistere, maluerunt resistere quam obedire. Quod autem de his loquitur, tremendum plane est, neque ut in sua rebellione moriantur, non resipiscant, non converruntur, sed sit ut in Christo non vixerunt, ita nec in illo mortuantur. O deplorandum vitæ & mortis statum! Veruntamen Deus subiecta esto anima mea, quoniam ab ipsis patientia **Pf. 6.** mea. Si quid propterea patiendum est ut te illi subiectias, dabit tibi quod possis.

Vide in 2. parte, Fer. 3., Hebdom. Quinquagesima. In 4. parte, Sabbatho Hebdom. 15.

## SABBATO.

## DE DVOBVS COECIS A CHRISTO DOMINO ILLUMINATIS

*Secundis sunt eum duo cœci clamantes. Matth. 9.*

## VERITAS PRACTICA.

*Quia magis est oculata concupiscentia, magis est cœta.*

**RATIO EST.** *Quia qua magis est oculata concupiscentia, magis seu melius vides & sequitur qua sunt corrupti mundi & depravatae nature. Sed talis concupiscentia magis est cœta, ut qua minus videat qua sunt gratae & ratiōnē. Ergo qua magis est oculata concupiscentia, magis est secunda: proinde illi est magis præficiendum.*

**T**RANSEVENTE inde iESU secuti sunt eius duo cœci clamantes: & dicentes, miserere nostri, filii David. Cum autem venisset domini accesserunt ad eum cœci. Et dicit eis iesus creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, ut sis, Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens, secundum fidem vestram fias vobis. Et aperiunt sunt oculi eorum & communias est illi iesus, dicens, videste ne quid fecerit. Illi autem exstantes diffamaverunt eum in tota terra illa. Id est, divulgaverunt, quia non erat præceptum,

*Luc. 8.*  
cepit, sed mysterium, ut ajunt interpres, nempe ad exemplum humilitatis, quantum in nobis est, optemus potius nostra præclaræ facta esse secereta quam evulgata. Quod si aliquando Christus permisit aut etiam iussit ut quæ fecerat enarrarentur, hanc adhibebat cautionem, ut Deo referetur Gloria. Redi in domum tuam, inquit, & narrā quanta tibi fecit Deus.

*Ep. 38.*  
Quæ & alia huius miraculi propria postquam tantisper ad fructum expederis, contemplate attentius ad fructuosissimam praxim, quæ sit oculata simul & cœca concupiscentia; quæcumque eo magis sit cœca quam oculata.

*Serm. 15. in Cant. ex 31 Prov.*  
Ratio ex illis est quas semini similes ait Seneca, Quod quantum si exiguum, cùm occupari idoneum locum, vites suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur. Idem facit ratio, non late patet si apicias, in opere crescit: & paucæ sunt quæ dicuntur, sed si illa animus bene exciperit, convalescent & exiungunt. Eadem est in quam præceptorum conditio que faminam, multum efficiunt: et si angusta sunt tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa & in se trahat, multa invicem & ipsa generabit, & plus reddit quæcum accepit.

Hoc ipsum sanctus Bernardus alteri expitimens, Fortis, inquit, mulier Sapientia misericordiam ad colum, & digitis suis apprehenderit suam. Noviter enim modicam lanam vel laniam in longum producere filum, atque in tela extendere latitudinem.

*Ier. 4. In. 3. Ioan. 2. Ps. 16. Num. 15. Gen. 3.*  
Sic ratio veritatis propositæ paucis multa complectitur quæ cuinq[ue] facile est in longiora protrahere. Primi quidem quid vulgarius & quid suffici ad omne dicendi genus, quam quod prima propositione præmittitur, eam esse magis oculata concupiscentiam quæ melius videt quæ sunt depravata in mundo & in carne? Hi sunt scilicet Sapientes hujus saeculi. Sapientes ut faciant mala. Quorum Sapientia non est desu- sum descendens, sed terrena, animalia, diabolica; In quibus sancti Jacobi verbis triples illa concupiscentia quæ à sancto Joanne describitur, potest intelligi. Concupiscentia oculorum eadē licet est quæ terrena & oculatos in terrenis bonis comparandis suos facit. Oculos suos statuerunt declinare in terram. CONCUPISCENTIA Carnis, Ipsa est quæ animalia dicitur & in exquisitis deliciis procurandis acutè perspicit: & oculos habet per res variæ fornicantes. SUPERBITA denique vita, diabolica est Sapientia qua ipse Diabolus excelluit in suam perniciem, & qua primos nostros patentes ut deciperet, Aperiuntur, inquit

oculi vestri, & eritis sicut Di[us], scientes bonum & malum. Hi sunt elati & sublimes oculi, ut despiciant quidquid infra se vident, & emulentur atq[ue] ambient quid supra se conspicunt eminentius.

O quam præclaræ Sapiens: Domine Pater, & Ecclesiæ 23.  
Deus vita mea, ne derelinquas me in cogitatione illo-  
rum. Extollentiam oculorum meorum ne dederis  
mibi, & omne desiderium averte à me. Anfer à me  
ventris concupiscentias, & concubitus concupis-  
centia ne appræbendant me, & anima irreverenter  
& inservientia ne tradas me.

## II. PUNCTUM

*ED* talu concupiscentia magis est cœca, ut quæ minus vident quæ sunt gratia & rationis. Dubi-  
tari non potest quod si minus hæc vident quæ sunt magis videnda, quin sit magis cœca. Nam *Is. 42.*  
quis cœcas n[on] servus meus, ait Dominus, Id est,  
nisi qui profitetur le milii servire. & non vult vi-  
dere quæ sunt mei serviti, dum per concupis-  
centiam suam præfava, nimis acutè vident quæ sunt  
mundana & sensualia. Quod autem in qui per-  
spicaces sit & in mundanis oculati negotiis, mi-  
nus videant quæ sunt divina & spiritualia, sic a-  
periè Scriptura utrinque Testamenti, *Videntes*,  
inquit, videbitur, & non videbitur. Id est, quo tem-  
pore terrena magis videntis, minus cœlestia vi-  
debitis. Quid brevius simul & clarius.

*Is. 6. Matth. 13.*

## III. PUNCTUM

*Q*VÆ est ergo magis oculata concupiscentia, magis est cœca. Quia illis ipsis rebus mundanis quibus exercitatois habet oculos exceccatur velut oculis quadam caligine, quæ vel naturaliter vel supernaturaliter obvire potest. Primi quidem naturaliter, quatenus animalia hominon percipiunt quæ sunt spir[itu]s Dei, *1. Cor. 2.*  
stultitia enim est illi, & non potest intelligere quia spiritualiter examinatur. Quasi diceret Aposto-  
lus, cum ratio & regula dignoscendi res spiritua-  
les sit ab illa longe diversa quares mundane &  
sensu[m] tractantur, hinc sit naturaliter ut qui in  
his mundi & sensuum rebus periuiores sunt, sine  
imperitione in spiritualibus non modo quia in  
istis non sunt exercitati, sed quia in aliis oppositis  
sunt valde versati, à quibus desumunt principia  
judicandi de rebus etiam oppositis. *Palparimus* *Is. 59.*  
sicut cœci paritem, & absque cœlu attrahentes  
impeditus in meridio quæsi in tenebris, in calig-  
nes quasi mortui. Sic illi apud Prophetam.

*D a 3 Secun.*

Domi. 28.

Secundò id contingit supernaturaliter, rece-  
dente scilicet divino lumine, quo qui privantur  
quid nisi cœci & caliginosi sunt? Percutiet te  
Dominus amentia & excitante à furore mentis ut  
palpes in meridie sicut palpare solet cœcius intene-  
bru, & non dirigas vias tuas.

2. Cor. 4.

Tertiò denique fraude & artificio Dæmonis  
qui quos magis possidet magis excusat, ne vi-  
deant miserandum suum statum & emergant. In  
quibus, inquit Apostolus, Deus hujus facilius exca-  
vavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio  
Evangeli gloria Domini qui est imago Dei.  
Idcirco enim dicitur Dæmon Deus hujus sae-  
li, quod sic amatores facili possideat ut ab eis

colatur velut Deus, siveque illos dementet & ex-  
cœctet ne videant aut intelligent quem colant  
Deum, Tenebræ obscuratum habentes intellectum, Epib. &  
alienati à vita Dei, per ignorantiam quam est in il-  
lui propter excitatem cordu iporum. Quasi diceret  
cum ad videndum, opus sit lumine & facultate  
videndi nectrum illi habent, nam & versantur  
in tenebris, & cœci sunt,

Potestne miserius aliquid fangi? Et tamen  
quam multi ambiant & sectantur illam oculata  
concupiscentiam qua mundo apparent Sa-  
pieniores: Et nesciunt quam sint cœci & nudi Apel. 2.  
& miseri & miserabiles. Collyrio insuge oculos  
tuos ut videas. Vide passim Verbo, Concupiscentia.

## DOMINICA DECIMA.

## POST PENTECOSTEN.

## DE PHARIZÆO ET PVBLICANO.

Duo homines ascenderunt in templum ut orarent, unus Pharizæus,  
& alter Publicanus.

## VERITAS PRACTICA.

Omnes insipientes & infelices supra modum,  
Superbi Sapient. 15.

IN TEXTV Libri Sapientiae sic legitur, om-  
nes enim insipientes & infelices supra modum ani-  
ma superbi, Id est, supra quam naturaliter fieri  
soleat; seu clarius ex lectione complacentis,  
ubi habetur anima sua, sic tota potest reddi sen-  
tentia: omnes superbi magis sunt suo vitio insi-  
pientes & infelices quam si naturali defectu ta-  
les essent; & hoc pronuntiatur literali sensu de  
inimicis populi Dei; accommodatio autem &  
moralis, de superbis omnibus, & ijs præsertim  
qui sua ventitantes ut Pharizæus, inde laudem  
venantur. Vox vero anima quia paulo erat ob-  
scrutor; omitti potuit in exprimenda veritate  
practica, sine ulla ullius Scripturæ sensus injurya.  
Cur portò tales superbi dicantur & revera sint  
supra modum insipientes & infelices.

RATIO EST. Quod qui sua meliora & soli-  
diora bona commutant in levissima & nullius  
pretij, sunt insipientes & infelices supra mo-  
dum & supremam communem.  
Sed tales superbi sua meliora & solidiora bona  
commutant in levissima, & nullius pretij.

Ergo sunt supra modum insipientes & infelices.  
Quod certè attentissi cogitanti potest esse oppor-  
tunum ad cavandam superbiam.

## I. P U N C T U M.

UAE in Evangelio hodierno exhibet  
ur Parabola de superbo Pharizæo &  
humili Publicano, notior est quam ut  
hic fuisus enarretur. Et quia finis &  
scopus Parabola videtur eo spectare ut demon-  
stret, quam sint stulti & miseri qui se aliis prefe-  
runt, & qui se sua superbia denudant bonis suis:  
idcirco visa est Sapientis sententia opportund  
conjungi posse ad Christi Domini verba & men-  
tem atque inde haec proponi veritas quæ modè  
attentè consideretur: Quod omnes insipientes &  
infelices sunt supra modum, superbi, Emphalim  
quandam haber illud supra modum: Et duo illa  
simil juncta insipientes & infelices tam apta sunt  
ad superbiam quæ ex benefactis oriuntur retun-  
dendam, quam apicè convenienter illis superbis  
qui se suaque jactitant. Quam vero apicè conve-  
niant, haec suader ratio. Quid enim insipientius  
& infelicius quam si multò labore bona tibi  
quædam compararis, tu vel illa nullo delectu  
prodigas, vel in leviores quasdam & nullius pre-  
pretij reculas ultrò commutes, & transferas?  
Vix talis insipientia repetitur inter homines, ni-  
mis sunt tenaces suorum bonorum: & quod bo-